

nici (*archaeol. journ.* 15, 1858 p. 25 ss.), titulos in ipso vallo nullos omnino superesse testatus, castrorum vestigia perspicua ad *Kirkintilloch* solum. Propter merita de Scotiae antiquitatibus Romanis Buchananum nuper ab universitate Glasgoviensi creatum esse iuris utriusque doctorum certior factus sum ab amicis.

Ad n. 1069. 1070 (p. 188). Prodiit nuper in *Vence* vico prope Nicaeam. Galliae Narbonensis (*Nizza*) titulus sepulchralis aevi, quod post Hadrianum fuit, cum clausula hac: *ad quod opus collign. iuvenu[m] Nemesiorum inpendium dedi[t]*. Edidit Henzenus *bullet.* 1872 p. 15, qui recte observavit cogitandum esse necessario in titulo illo de forma quadam vocabuli, quod est collegium, rustica *collignum* aut *collignium* eamque in titulis quoque Britannicis duobus his, quorum non immemor erat, probabiliter esse agnoscendam.

Ad n. 1093 (p. 196). V. 6 fortasse ita solvendus:

p(ecunia) s(ua) p(osuerunt) l(aetae) l(ibentes)

Ad n. 1104 (p. 197). Fabius Liberalis fortasse legatus erat legionis sextae.

Ad n. 1133a (p. 203). Titulum re vera periisse incendio urbis *Chicago* scripsit mihi Guilelmus Dickson Glasgoviensis.

P. 208. In praefatione capitis LXIX errore miliarium n. 1153 enumeravi inter ea, quae in *Cambridgeshire* effosa sunt. Scilicet extat *Cantabrigiae*, sed provenisse probabile est cum reliquis *Cottonianis* ex regione aliqua *Britanniae septentrionalis*.

Ad n. 1157 (p. 209). Secundum ordinem geographicum miliarium hoc Kieperto monente melius collocandum erat cap. LXX ante n. 1165 (p. 210).

Ad n. 1182 (p. 213). Bruce lap. n. 644.

Ad n. 1183 (p. 213). Correctiorem ex libro quodam poematum Hodgsonis mihi non viso (*Hodgson's poems* p. 104 ss.) titulum hunc dedit Bruce lap. n. 698 sic

C N
IMP M ANT
GORDIANO
PIO FELICI
5 AVG

V. 1 scribe D·N.

1350 (inserenda post n. 1184, p. 213).

Columna rudis vel potius pila rep. a. 1868 Corstopiti (*Corchester*), litteris malis. Servabat Guil. Coulson in *Corbridge*; nunc est in *Alnwick Castle*. Alta est ped. 3 dig. 10, crassa ped. 1 dig. 3.

CAESAR
MAX
MINVS
AVG

Bruce lapid. n. 643.

Maximini fuisse non sponderim.

Ad n. 1190 (p. 214). Bruce lap. n. 450, qui nuper investigavit. In eius tabula v. 3 SIMPER scriptum est; eadem demonstrat infra excisos esse novicio tempore versus complures.

AD INSTRUMENTVM.

Ad n. 1234 (p. 227). Bruce lap. n. 714.

Ad n. 1248 (p. 228). Bruce lap. n. 501 (non 302).

Ad n. 1269 (p. 230). Eiusdem generis sigilla vel tesseras ex stanno (*pewter seals*) novem inscriptas repertas illas item at *Brough-under-Stainmoor*, in actis societatis historicae of *Lancashire and Cheshire* (*transactions* vol. 6, *session 1865—1866*, p. 147 ss.) edidit Henricus Ecroyd Smith ita:

32	AEIC· — CHI·I MIN· — NER	cf. supra n. 3.	37	LICC — EX
33	AL X·S		38	NER
34	Y· — ZHN		39	SIF· — CVIII cf. n. 18. 19. D
35	SEC — EX		40	SIC·II
36	CV·I TMD			

Ad p. 231 (ante n. 1273). Vasculum vitreum Graece inscriptum est apud *Brucium* lap. n. 467 (non 463).

Ad n. 1285 (p. 232). Bruce lap. n. 535.

Ad n. 1286 (p. 233). Bruce lap. n. 652 anaglyphum lancis elegantissime aeri incisum exhibet. Ibi C. W. King *Cantabrigiensis* feminam sedentem *Pythiam*, stantem *Themidem* sse, totum autem anaglyphum repraesentare oraculum *Delphicum* studet demonstrare. Ceterum pro *grys* corrige *gryps*.

VII

1350a (inserenda post n. 1288, p. 233).

Vasculum argenteum rep. a. 1736 Corstopiti, quod periit, in margine sexies impressam habet figuram hanc

⌘

Goughs *Camden* 3 p. 509; Hodgson 2, 3 p. 246; Bruce lap. n. 653 ex actis minutis societatis antiquariorum *Londiniensis*.

Ad n. 1289 (p. 233). Bruce lap. n. 453 (non 451).

Ad n. 1299 (p. 234). Bruce lap. n. 536.

Ad n. 1300 (p. 234). Bruce lap. n. 655. Servatur in *Alnwick Castle*. Bruce aeri incidendum curavit.

Ad n. 1328 (p. 238). Intellexi postea etiam in *Germania Mogontiaci* reperta esse fragmenta corii inscripti. Scilicet monstravit mihi ibi in museo *Ludovicus Lindenschmit* eius generis fragmenta quaedam antiquitatis indubitatae, reperta illa cum soleis integris atque ita inscripta nominibus, ut videntur, hominum variorum:

C·VEN·DI
L·V·E
MUNAC

40